



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VII. De falsitatibus, quæ committuntur in aliis Instrumentis, seu literis, & de pœnis falsantium sigillum Principis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

dantur. Si verò non falsarunt literas Apostolicas, falsis tamen scienter utantur, si Clerici sint, non quidem ipso facto suis beneficiis excidant, per sententiam tamen Iudicis his privandi sint, uti & si penes se literas tales falsas detineant, ac eas intra viginti dies non laceant, vel restituant. Videatur etiam Bulla Cœnz Domini contra hos falsarios literarum Apostolicarum.

§. VI.

An in dubio præsumendum sit, falsitatem esse commissam in literis impetratis à Sede Apostolica?

Sin rēscriptis impetratis de simplici iustitia alicui administranda, reperitur falsitas, non debet præsumi de falsitate commissā ab ipso impetrante, *e. Accedens s. h. t. junct. Gloss. in casu*, cum tales literæ non tantum facile possint obtineri, sed nec magni sint præjudicij. In literis gratiæ verò impetratis, si reperitur falsitas, attendenda est qualitas personæ impetrantis, & gratiæ quantitas, an magna sit, nec ne; & secundum has circumstantias de falsatione præsumendum.

§. VII.

De falsitate, quæ committuntur in aliis instrumentis, seu literis, & de pœnis falsantium sigillum Principis.

Notandum crimen falsi committere, & ut falsarium puniendum, si falsum instrumentum conficiat; vel appo-

nat aliquid in instrumento, quod verum non est; vel omittat solemnitates requisitas; aut super re illicita instrumentum conficiat, &c. si testamentum, iudicium, aliudve instrumentum, seu literas, publicas, aut privatas, ad alios spectantes, immutavit, laceravit, contulit, delevit, vel dolose obviavit, aut suppressit, ne eorum veritas innotescere possit, aut, si se vel alium suæ potestati subiectum, heredem, vel legatarium, in alterius testamento oblitit; vel si alienum chirographum interceptus fuit, rationes, aut instrumenta rasure falsaverit, vel signum, quod ex jure Civilis habetur, *et c. Canon. 33 de offic. Iud. deleg. ubi pariter ordinaria puniendus dicitur, qui dolose literas alterius, cum damno hujus & injuria aperuit, aut testamentum contulit.*

Qui vero sigillum Principis, si Clericus sit, deponendus est, vel si & signum illi aliquod, sine charta imprimendus, quo discernatur, ut dicitur (nescio tamen an hæc pœna hodie sit usita) & in exilium ejiciatur. *e. de mendaciam s. h. t.*

§. VIII.

De falsatione monete, & de illis modis, quibus crimen falsi in auro committuntur.

De variis modis, quibus falsitas in moneta, & quæ pœna in talibus falsariis statutæ sint, melius petrius de jure civili, quam ex jure Canonico, de hac materia aut pariter agant jurisperiti, aut antiquaria jam sunt, aut ad certum